

ioiade sacerdotis.

**De gazophylatio. Cap. XVII.**

## Rant aut in do

mo dñi ruine nō solū p vetustate z negligentia. s̄ etiā quas fecerat athalia. z de sanctificatis parauerat domū baal. Precepit itaq; ioas sacerdotib; vt instaurarent sartatecta domus recipiētes oblationes p̄tereuntiu. z q̄ offerebant p̄ p̄cio aīg. i. que dabā: ituri ad p̄liū numerati. Oblatio enī p delicto z p peccato sacerdotū erat. q̄ cum suscepisset sacerdotes vsq; ad. xxviii. annū regis ioas. non tamē instaurauerūt sartatecta templi. Et irat⁹ rex p̄hibuit sacerdotes vltra accipere pecuniā. Josephus tñ dicit q; p oēm regionē sumeret sacerdotes p capite dimidiū s̄icli. Quod vidēs ioiada p̄lo nō placere cessauit. z ob hoc nō fuerūt instaurate ruine. Tūc ioiada fecit gazophylatiū munitū ap̄to desup foramiē. z posuit illud ad dexterā igrediētū domū nō lōge ab altari. Lūq; appareret plurima pecunia ī gazophylatio scriba regis z pontifex effundebāt eaz z dabāt his q̄ p̄erāt cemētarijs dom⁹ dñi. Et nō fiebat cū eis ratio. s̄ ī fide tractabant. Nec fiebat ex pecunia illa vas aliquod ī domo dñi nisi de eo qd̄ erat residuum sartatectis. vt legit̄ ī paralipomenon. Et mortuus est ioiada sacerdos q̄ solus legit̄ post moysen. c. xxx. annis vixisse. z sepult⁹ ē ī ciuitate dauid. eo q; generi dauid reppauit īperiū. Eo mortuo ioas a legitimis dei declinavit. cuius exemplo etiā optimates vitiatī sunt.

Quē cū argueret zacharias fili⁹ ioiade. fecit eū lapidib⁹ obrui inter templum et altare. Extūc vt dic̄ epiphanius nō accepit p̄plus in tēplo respōsa manifeste sicut p̄us. nec ex dahir nec ex ephod. Rex autēz nō multo post p̄enas exoluit. s̄ cabel enim

Nō moueat te qd̄ legit̄ ī euāgelio a sanguine zacharie filij barachie. Forte ioiada binominus fuit. Al̄ ideo q; barachias īterptat̄ b̄ndict⁹ dñi qd̄ iste fuit.

Dahir enī d̄ lapis posit⁹ in rōnali. An

rex sirie cū expugnasset geth. ascendit ī hierusalem. Joas x̄o misit ei thesauros domus dñi et dom⁹ regis nō de absconditis tumultoz. z recessit ab eo. Lūq; incurrisset ioas languorē pessimum eo q; diuinos honores sibi volebat impendi. vt dicit̄ hebrei. duo serui ei⁹ pcusserūt eū z mortu⁹ ē z sepult⁹ ī ciuitate dauid. nō tñ ī monumētis regalib;. z regnauit p̄ eo filius eius amasias.

### Incidentia.

Sub ioas duodecim⁹ rex latinoz silui⁹ aremul⁹. q̄ p̄sidiū albanoz inter mōtes vbi nūc roma ē posuit. Hui⁹ filius fuit iulij proanns iulij p̄culi. q̄ cum romulo romā cōmigrans fundauit iuliam gentem.

De obitu helize.

Capitulum. XVIII.

## Anno vicesimo

tertio ioas regis iude regnauit ioachaz filius sbien sup israel. xvij. ānis. z ambulauit in vijs ieroboā. Et iratus dñs p̄tra israel dedit eos in manus acabel z ī manus benadab filij eius. z nō sūt derelicti ioachaz de p̄lo. nisi. l. equites. z decem currus. z decem milia peditū. Et clamauit ioachaz ad dñm. z misertus dñs dedit ei pacem in diebus eius. Et mortu⁹ ē z sepultus ī samaria. Et regnauit ioas filius eius p̄ eo. anno tricesimo septimo. ioas regis iuda. et. xvj. ānis regnauit super israel. Et ambulauit in vijs ieroboam nō tamē a deo quātum patres ei⁹. Helic⁹ enī

Extūc eq̄ vocabantur eodē. noīe. rex iuda z rex israel.

aut egrotabat. z descendit ad eū ioas rex israel. z flens dicebat. Pater mi cur⁹ israel z auriga ei⁹. Et ait helic⁹. Affer arcū z sagittas. z pone manū tuā sup arcus. Quo facto

superposuit heliseus man<sup>u</sup> suas maibus re-  
gis 7 ait: Aperi fenestram orientalem 7 iace sa-  
gittam 7 iecit. Et ait heliseus: Sagitta domini est  
contra syriam 7 percutes partem syrie que est in affec-  
to nec consumas eam 7 sublato arca cum sagittis  
dixit heliseus ad regem: Percute terram iaculo  
Cumque percussisset eam tribus vicibus 7 sterisset ira-  
tus vir dei ait: Si percussisses usque septies to-  
tiens percussisses syriam nunc autem tribus vicibus per-  
cuties eam. Et mortuus est heliseus 7 sepelierunt  
eum iuxta abdia. Porro latronum moabitarum  
venerunt in terram eo anno. Quidam autem sepelien-  
tes homines viderunt latrones 7 timentes pro-  
iecerunt cadaver in sepulchro helisei. Quod cum  
tetigisset ossa helisei renixit homo. Josephus  
tamen dicit latrones percussisse in helisei sepulchrum  
mortuum quem ipsi videbant interfecisse. Mor-  
tuus est autem achabel rex syrie 7 regnavit pro eo fili-  
us benadab. Cum quo dimicavit ioas rex is-  
rael tribus congressionibus 7 vicit eum 7 tu-  
lit de manu eius civitates quas tulerat achabel  
de israel iuxta verbum helisei.

De amasia et ioas rege israel.  
Capitulum. XIX.

Anno secundo io-

as regis israel regnavit amasias fi-  
lius ioas in hierusalem. Viginti 7 quinque  
annorum erat cum regnare cepisset 7 xxx annis  
regnavit. Nomen matris eius ioiada de hieru-  
salem. Et fecit rectum coram domino iuxta ea que  
fecit ioas pater eius nisi tantum hoc quod excelsa non  
abstulit subaudiendum est utraque eorum. Rec-  
enim ioas excelsa abstulit sicut videtur littera  
sonare. Et interfecit servos que interfecerant  
patres suum non tamen filios eorum propter legem moy-  
si que dicit. Non mori-  
entur patres pro filiis  
neque filii pro patribus  
Collegit autem exercitum  
ut amalechitas 7 idu-  
meos expugnaret 7  
conduxit a rege israel  
centum milia armato-  
rum centum argenti  
talentis. Et cum esset

Quod homo nescit quantita-  
tes peccati alicuius ideo  
quantum ad examinem hu-  
manum sufficit ut quis  
pro suo moriatur deli-  
cto secundum iustitiam dei  
forte nec etiam mors  
filii quandoque pro de-  
licto patris.

in pinctu suavit ei propheta ut dimitteret is-  
raelitas quia idola ferebant et deus daret ei  
victoria. Et acquievit licet graviter ferret  
eo quod israelitis mercedem prebuerat. Et percussit  
edom in valle salinarum decem milia 7 appre-  
hendit petram nobilem arabie civitatem. Et  
vocavit eam iezechel quod sonat auxilium  
dei. Josephus tamen dicit viros quos ceperat  
eum adduxisse ad excelsam petram arabie 7  
illos ex ea precipitavit. Idemque dicit  
paralipomenon nam fere in omnibus conso-  
nant iosephus 7 paralipomenon. Tamen de  
os quos tulerat de amalech postea adora-  
vit quia audientes dantes responsa i. perisse  
amalech quia negligentes fuerant in cultu eorum  
Pro quo tali pena percussus est. Elatus enim  
in superbiam scripsit ad ioas regem israel. Ser-  
vi mihi sicut patres tui servierunt david et  
salomoni alioquin veni 7 videamur nos quasi  
diceret pugnemus. Et rescripsit ei ioas in  
enigmatibus. Carduus libani misit ad cedronem  
dicens: Da filiam tuam filio meo in uxorem  
Et indignantes bestie saltus conculerunt  
carduum. Elevant te cor tuum pro victoria. Cur pro-  
vocas malum ut cadas tu 7 iudas tecum? Et non  
acquiescente amasia congressi sunt iuxta beth-  
sames 7 fugit iudas coram israel 7 ligatus est  
amasia 7 comminabatur ei mortem rex israel nisi  
redderet ei hierusalem. Qua tradita inter-  
rupit ioas murum hierusalem a porta effra-  
im que dicitur porta vallis usque ad portas  
anguli quadringentis cubitis. Et tulit au-  
rum et argentum et vasa que inventa sunt  
in domo domini 7 in thesauris regis 7 obli-  
des 7 rediit in samariam. Et facta est contra  
amasia coniuratio in hierusalem. At ille fugit in  
lachis 7 miserunt post eum in lachis 7 interfece-  
runt eum ibi 7 retulerunt illum in hierusalem 7 sepul-  
tus est in civitate david. Tulitque universus  
populus filium eius omniaque verba acheria ante annos natum  
xvi. 7 constituerunt eum regem.

Incidentia.

Sub amasia tertiusdecimus rex latino-  
rum fuit silvius aentinus 7 in eo monte que  
nunc pars urbis est mortuus 7 sepultus eter-  
num loco vocabulum dedit.

De ieroboā rege israel et amos  
propheta. Capitulū. XX.

## Primo mortuus

est ioas rex israel et sepultus in samaria et regnavit ieroboam filius eius pro eo anno. xv. amasię regis iuda. Et regnavit israel. xl. et vno anno. et ambulavit in vijs ieroboam filij nabath qui peccare fecit israel. Iste restituit terminos israel ab itinere emath. que est antiochia vsq; ad mare solitudinis quod est mare mortuum. iuxta verbum domini quod locutus est per servum suum ionam prophetam. que erat de geth que est in ophech vel ophir. ad differentiā geth que est in palestina et est nomē regionis. Quare non est legendum ophel. Ophel enim est nomē turris nebulosę. que non longe erat a templo. Hanc vastationem syrię per ieroboam factā non legimus in iona. Sed propter cōmitionē eversiois quę predicta. uir et scripsit dicit iosephus eum predictasse quod post brevissimū tempus assię perderent principatum. Quod quidam per ieroboam inchoatus est. sed postea cōsummatū est quando monarchia assyriorum translata est ad medos. Hac felicitate ieroboam elatus. fecit malū coram domino. Et missus est amos thecutes propheta de pastoribus. ubi pascebat gregem in samaria. ut predicaret eversioem domus ieroboam. et calamitatem populi dicens: Hec dicit dominus: Consurgam super domum ieroboam in gladio. Et rursum Venit finis super populum meum israel. Quod cum significasset amasias sacerdos bethel ieroboam regi israel. ex mandato regis prohibuit amos ne ultra prophetaret in regno. x. tribuum. Cum autem amos nollet cessare dicens se non esse prophetam sed pastorem missum a domino. frequenter afflixit eum amasias plagis. Tandem filius suus oas frequenter eum increpans recte per tempora transfixit. et semivivum relatum in terram suam ibi mortuum est et sepultus. Et mortuum est ieroboam et regnavit pro eo filius eius zacharias.

De ozia. Capitulū. XXI.

## Primo vicesimo

septimo ieroboam regis israel re-

gnavit oas in hierusalem duobus et quinquaginta annis. Hieronymus tamen super osee dicit eum cepisse regnare anno. xij. ieroboam. Et fecit quod placitum erat coram domino. veritatem excelsa non abstulit. Qui cum hostes debellasset. et amonitas fecisset tributarios sibi reedificavit muros in hierusalem quos destruxerat ioas rex israel. eratque precipue terre cultor. et curam habebat circa plantationes. et semina fructuum diversorum. Cumque ditatus esset in substantia mortali. contra deum imortales agere nisus est. Nam in festiuitate propitiacionis induit stola pontificali intrauit in templum. ut in censum poneret pontifici a caria cum. lxxx. sacerdotibus eius prohibente. Et factus est terre motus. et claritas solis valde effulsit. et incidit in faciem regis. et percussus est lepra in facie. Ante civitatem vero scissa est media pars montis ad occidentem. et devoluta est ita ut et vias clauderet et regiones ortos opprimeret. Et habitavit seorsum vrbes privata degens vita. Joathan vero filius gubernabat palatium. et iudicabat populum terre. Et mortuus est oas et sepultus in civitate david. Iosephus tamen dicit eum de regibus solum habere sepulcrum in hortis. Et regnavit pro eo filius eius ioathan. Sub oas rege iuda. et sub ieroboam rege israel cepit prophetare esaias. de quo plenius postea dicit. et osee de tribu ysachar ortus in bethemoh. Sed sicut ait hieronymus pronuncians dedit signum. Veniet dominus in terra sicut quercus que est in sylo. quod non legitur in scriptura eius sed in editione nostram. Forte quod hieronymus dixit signum. hoc epiphanius dixit prodigium dicens de osee. Et dedit prodigium dicens: Venit in terra dominus. sicut quercus que est in sylo. cum ex semetipsa in duodecim fuerit partita et factę fuerunt ex ea totidem quercus. Prophetavit autem contra decem tribus. pauca de duabus loquens. Et pronuncians historialiter iudeos in ultimo tempore ad christum redituros. Tertium quoque dies dominice resurrectionis predixit. Hic in terra sua sepultus. placida quiete dormuit. Sub eisdem quoque prophetavit iobal de tribu ru-

ben nat<sup>us</sup> i agro bethoron q<sup>ui</sup> descripsit tra<sup>ctum</sup> dua  
 ruz tribu<sup>um</sup> eruca. bruceo. locusta 7 rubigine  
 vastanda. **P**redixit quoq<sup>ue</sup> effusione<sup>m</sup> sancti  
 spiritus futuram sup<sup>er</sup> seruos dei 7 ancillas.  
 quod factu<sup>m</sup> est i die pentecostes. **H**ic in be-  
 thoron in pace mortu<sup>s</sup> est 7 sepultus. Sub  
 eisdem regibus pphetavit abdias vt q<sup>ui</sup> daz  
 tradunt. s<sup>ed</sup> hm hebreos verius est. q<sup>uia</sup> an<sup>te</sup> eos  
 pphetauerit. nam mortuus e<sup>st</sup> an<sup>te</sup> heliseu<sup>m</sup>. Re-  
 licta eni<sup>m</sup> vxor ei<sup>us</sup> p<sup>er</sup> consiliu<sup>m</sup> helisei liberata est  
 a creditoribus oleo superabundantie. Fuit  
 aut<sup>em</sup> de terra sichen de agro bethamar. Quin-  
 quagenarius enim ille fuit cui peperit he-  
 lyas. qui relicto obsequio regis. helye disci-  
 pulus factus est. Cui<sup>us</sup> sepulcrum vsq<sup>ue</sup> hodie  
 cum mausoleo helisei. 7 iohannis baptiste  
 in sebastie venerationi habet. Sub ieroboam  
 rege isrl<sup>is</sup> pphetavit ioas fili<sup>us</sup> vidue sarepta-  
 ne. qui post reditum a ninive tempore famis  
 assumpta matre gentium incola factus est  
**R**am 7 erubescerebat esse in terra sua dicens:  
 Sic auferetur opprobrium meum. eo q<sup>uia</sup> ppheta-  
 uis contra niniven mendax repertus sum  
**Q**ui transacta fame redijt in terras iuda. et  
 defuncta est mater eius 7 sepeliuit eaz iuxta  
 balanum delboze. **H**ic pdixit signum euer-  
 sionis hierusalem. q<sup>uia</sup> cu<sup>m</sup> viderent lapide lu-  
 ctuose clamante pro  
 pe sit finis. 7 cum vi- **S**en<sup>ter</sup> palme est del-  
 derint in hierusalem. **boze** vel quercus.  
 gentes vniuersas.  
 tunc tota illa ciuitas irrecuperabiliter euer-  
 teretur. Mortuus est 7 sepultus in spelunca  
 vnus iudicis israel. cuius sepulcrum mon-  
 stratur in vna vrbium geth in viculo quo-  
 da<sup>m</sup> iuxta sephoz. Sub o<sup>mn</sup>ia rege iuda termi-  
 nata e<sup>st</sup> monarchia assyrioz. Nam sardana-  
 pall<sup>us</sup> vltim<sup>us</sup> monarch<sup>us</sup> vict<sup>us</sup> ab arbace me-  
 do semetipsu<sup>m</sup> concremauit 7 tuc arbaces mo<sup>do</sup> ar-  
 chia ad medos trāstulit. spenōdū re. s<sup>ed</sup> eni<sup>m</sup>  
 fecit dari<sup>us</sup> occiso balthasar. Fuerūt tñ reges  
 assyrii. si nō mo<sup>do</sup> archa tñ potētes vsq<sup>ue</sup> ad l<sup>ib</sup>  
 uersionē ninive quā pphetavit naum.

## Incidentia.

Eo tpe latinoz q<sup>uartus</sup> decim<sup>us</sup> rex siluius  
 proca post quē. xv. rex latinoz silui<sup>us</sup> amuli<sup>us</sup>.

## De zacharia sellum et manahen. Capitulū. XXII.

### Anno. xxx. octa-

uo o<sup>mn</sup>is regis iude regnavit zacharia  
 filius ieroboam sup<sup>er</sup> israel sex mensibus.  
**Q**ui fecit maluz coraz domino sicut patres  
 eius. et percussit eum pala sellum filius ia-  
 bes 7 regnavit p<sup>ro</sup> eo. Et translatum e<sup>st</sup> regnu<sup>m</sup>  
 israel de domo hien in generatione quarta  
 iuxta verbu<sup>m</sup> dñi. 7 regnavit sellum vno men-  
 se in samaria. Nam manahen filius gaddi  
 de tersa percussit eum in samaria. 7 regnavit  
 pro eo. **Q**ui percussit thersam 7 terminos  
 eius. eo q<sup>uia</sup> conciuēs sui noluerant aperire ei  
**A**nno. xxxix. o<sup>mn</sup>is regis iuda regnavit man-  
 ahen sup<sup>er</sup> israel. x. annis. 7 ambulauit in v<sup>is</sup>  
 ieroboam. In diebus ei<sup>us</sup> ascendit phul rex  
 assyrioz i thersam. 7 dedit ei manahen mil-  
 le talenta argenti. vt recederet ab eo. 7 etiaz  
 esset ei in auxilium. Sumpsit aut<sup>em</sup> manahen  
 l. siclos argenti a potentatibus 7 diuitibus  
 terre p<sup>er</sup> singulos. Inter h<sup>uius</sup> munera tradunt  
 hebrei manahen misisse vitulos aureos. qui  
 erant in dan 7 bethel sed non veros. Sacer-  
 dotes eni<sup>m</sup> dolo sustulerunt aureos vitulos  
 et absonderunt eos. et fecerunt creos de ar-  
 ratos similes illis quos misit manahen re-  
 gi assyriozum. Qua fraude postea pcepta  
 reges assyrioz plurimū exarserūt cōtra isrl<sup>is</sup>  
**E**t mortu<sup>s</sup> e<sup>st</sup> manahen. 7 regnavit p<sup>ro</sup> eo fili<sup>us</sup>  
 eius phaceia āno. l. o<sup>mn</sup>is regis iude 7 duob<sup>us</sup>  
 annis regnavit i isrl<sup>is</sup>. **N**ā phacee filius ro-  
 melie ciliarbus ei<sup>us</sup> iterfecit eū i samaria in  
 cōuino cū quinquaginta viris. 7 regnavit  
 p<sup>ro</sup> eo anno. l. secūdo o<sup>mn</sup>is regis iude 7 regna-  
 uit viginti annis in israel.

## De initio captiuitatis. x. tribuū Capitulū. XXIII.

### An diebus pha-

cee regis teglatphalasar rex assur  
 ascendit in israel. Et  
 est ambiguus an iste **D**e hac captiuitate  
 fuerit phul vel alius dictū e<sup>st</sup>. **P**rimo tpe  
**E**t vastauit oēs regi allenata est terra.

# Regum quarti

onem trās iordanē 7 captiuas duxit duas tribus 7 dimidiā. vastāsq; galileā de tribu cabulon 7 neptalim multos transtulit secū i assyrios q; possent dimidię tribui cōparari. An sepe legit. q; tres trib; isrl captiuauerit 7 hoc fuit initiu; captiuitat; .x. tribuū. Porro osee fili; hela interfecit pbacee regē israel et regnauit pro eo.

De ioathan. Capitulum. XXIII.

## Anno secundo

pbacee regis isrl regnauit ioathan fili; ocie in hierlm .xv. ānoꝝ erat cū regnare cepisset. 7 .xvj. annis regnauit. Nomen matris ei; ierusa filia sadoch. Et fecit bonū coram dño. verūtn̄ excelsa non abstulit. Ipse edificauit portā dom; dñi sblimissimā. quā quidā putāt turrim gregis. Hęc ē q; i actibus aploꝝ speciosa dicit. ab hebręis vocatur porta ioathā. Hęc sola remāsit i euersione facta p caldeos. Hic tenuit amonitas 7 iposuit eis ānuū tributū. talēta argēti. 7 tritici .x. milia choros. 7 totidē hordei. In dieb; hui; rasin rex syrię 7 pbacee rex isrl ceperunt i festare regnū iuda. Sub ionathan exorsus est pphetare naum de helcesi de tribu symeo. cōtra niniuen p̄dicēs. Hęc dicit domin; ad niniuen. Exterminabo te 7 nequa q; p̄grediētes d; te i perabūt mūdo. Hieronym; dicit sup naū. herodotū dixisse. Buerisā niniuen a regem edoꝝ tpe iosię. De euersiōe q; finali niniue p̄dixit naum q; facta ē i hūc modū. Palus quę circūdabat eam superiundauit eas. facto pariter terremoto 7 igne de sublimo emisso. De qua inundatiōe videt in libro suo scripsisse ibi. Inundās non faciet innocētem dñs in tēpestate 7 turbine vię ei;. Tñ h̄m aliā lrāz legit ibi. Mūdans nō faciet innocētem.

Tñ libꝛū suū sc̄psit Quasi diceret. Quā p; captiuitatē .x. tribuū sub ezechia. dñi sui sub ionatha p̄us vastaret trā iuda ab assyrijs. i q; pleni; pphetanit d; destructiōe assyrioz i solatiōez get. suę. Qui tādē mortu; ē i trā suā i pace

7 sepult;. Sub ioathan vidit elaias dñs sedētē. 7 seraphi mū. dauit labia ei;. Sub eodē exorsus ē pphare secūd; michas. Et mortu; ē ioathan rex iuda. 7 sepult; ē in ciuitate dauid. 7 regnauit p eo filius ei; achaç.

Uñ d; vidi dñm se detē sup soliu excelsū

## Incidentia

Sub ioathan olimpias prima constituta est ab eliensibus. Remus 7 romulus generantur ex marte 7 ylia.

De achaç. Capitulum. XXV.

## Anno decimo se

ptimo pbacee regis israel. regnauit achaç in hierusalem. Triginti annozū erat cum regnare cepisset. 7 .xvj. annis regnauit. 7 ambulauit in via regum israel. Nam 7 vnū de filijs suis p̄secrauit idolo traiciēs eum p ignem tophet. in valle beennon iuxta acheldemach. Fuit aut; quidam fili; ennon cuius vallis illa erat.

7 ideo dicta ē been non. id est. filij enno. Tūc ascendit rasin rex syrię 7 pbacee rex isrl i hierlm. 7 obsederūt eā p̄mo vt ait iosephus. Et p̄gress; cū eis achaç vict; est et occisus ē filius ei; çacharias. et multa milia cū eo. 7 captus ē p̄nceps militię eius dichā als ditbā. Lū;

Tophet d; a tophus qd est lapis spongiosus. p̄ cui; p̄cauitates ignis egrediebatur. p̄ quem traiciebant paruulos suos quomūdabāt. sicut nos p̄ aquam baptismi. q; ignis fuit i valle filij ennon qui etiā dicit; gehenna a ge qd ē et terra et ennon.

q; rediꝛz victoz rex isrl i samariā cū magna multitudie captiuozū occurrit ei qdā pphare odida vl obedo. dicēs eos n̄ vicisse virib; p̄ pis. s; p̄t irā dei p̄ achaç arguēs eos q; p̄tribules suos p̄beret captiuos. q; nisi remitterēt parat; eēt eis repētini; iteri;. Tūc ad p̄siliū barachie q; magn; erat i isrl. rex isrl exhibuit captiuis magnā hospitalitatem. et liberos remisit ad p̄ria. Porro secundo obsederūt hierlm rex syrię 7 rex israel. Lūc; timeret achaç nimis. cōfortauit eū elaias di.

cens: Ne timeas ab his duabus caudis titi-  
onū fumigantiū. Sed nō credidit ei achaç  
nec voluit q̄rere signū a dño. 7 misit nūciof  
ad regē assyrioz teglatphalasar dicē: Ser-  
u<sup>o</sup> tu<sup>o</sup> sū ego. ascēde 7 saluū me fac de manu  
regl syrię 7 regl isrl. Et itrauit rex assyrioz  
syriā 7 vastauit eā. 7 nō redijt rasin ī damas-  
cū. Rex aut assyrioz cepit damascū 7 iterse-  
cit rasin. 7 damascenos trāstulit ī cirenē q̄ ē  
versus ethiopiā. Est enī alia cirene ī africa.  
Et occurrit ei achaç rex iuda cū munerib<sup>o</sup> ī  
damascū. Cūq; vidisset altare damasci mi-  
sit ad vriā sacerdotē ī hierlm exēplar ei<sup>o</sup>. vt  
extrueret ei p̄simile. Quo facto cuz redijset  
achaç altare gneū transtulit a facie tēpli ad  
aq̄lonē. 7 sup altare nouū obtulit holocau-  
sta 7 pacifica. De altari ho gneo vt tradūt  
qdā fec̄ illd̄ horologiū famosū de q̄ postea  
dicet. Et p̄cepit sacerdotib<sup>o</sup> vt dēiceps sup  
altare nouū offerret. Et deposuit achaç lu-  
teres 7 mare gneū sup pavimētū. vt eis null<sup>o</sup>  
vteret. Musac q̄ sabbati 7 ingressū regl re-  
clisit ī templū dñi

vt cū tēplo ea ppha-  
naret. vt sic placere  
regi assyrioz Est at  
musac gaçophilati-  
uz regū. sic corbonā  
sacerdotū Ingressū  
q̄ regl qdā dicunt  
locū ī quo rex adora-  
bat. vl̄ portā p̄ quā  
ascēdebat ad ado-  
rādū q̄ oīa obtura-  
uit achaç sicut 7 clauserat tēplū ne itrairent  
sacerdotes. Sub eo vidit esaias onus ba-  
bylonis. alia decē vidit sub ezechia. 7 mor-  
tu<sup>o</sup> est achaç 7 sepultus in ciuitate dauid 7  
regnavit filius eius p̄ eo ezechias.

## Incidentia

Sub achaç roma pdita ē ī mōte palatino  
xj. kalēdas maij. a gemellis remo 7 romulo  
Anno ab vrbe cōdita. iij. rem<sup>o</sup> occis<sup>o</sup> ē rastro  
pastorali. A fabio duce romuli psularibus  
ludis sabing virgines et mulieres rapte sūt  
7 pulcherrimā virginū thalomōi sorte da-

ta ē duci romuli Unde q; bene cesserat ei lo-  
cus nuptiarū exinde dictus ē thalamus.

## De captiuitate decem tribuum. Capitulum. XXVI.

### Anno. xii. achas

regl iuda regnavit oçee sup isrl. ix.  
ānis. Fecit q; malū corā dño. s̄ nō sic p̄res  
ei<sup>o</sup>. Tradit enī dēdisse licētiā israelit. vt as-  
cēderēt ī hierlm ter ī āno Contra hūc ascen-  
dat salmanasar rex assyrioz. 7 fact<sup>o</sup> ē ei osee  
tributari<sup>o</sup>. Cūq; dēphēdisset rex assyrioz  
q̄ osee rebellare niteret p̄ susac regez egypti  
cui munera miserat obsedit eū. 7 victū misit  
ī carcerē ninive. 7 obsedit samariā trib<sup>o</sup> an-  
nis. 7 cepit eā āno nono osee. 7. vj. ezechie  
7 tñstulit isrl ī assyrios. s̄. septē trib<sup>o</sup> q̄ remā-  
serāt 7 posuit eos iux flumiū goçā vl̄ mōtes  
medoz 7 psaz. In p̄ma captiuitate triū tri-  
buū credit captiuat<sup>o</sup> fuisse tobias. 7 māsit ī  
ninive Al forte cū rege osee duct<sup>o</sup> ē ī ninive  
cui<sup>o</sup> historia p̄sumata ē s̄b manasse filio eze-  
chie. S; nos tractabim<sup>o</sup> eā p̄ finē libri re-  
gū. Porro rex assyrioz de diuisis regiōib<sup>o</sup>  
adduxit colonos in  
samariā paucos p̄. s̄. Adhuc. x. trib<sup>o</sup> vltra  
postea assaradoch mōtes caspios capti-  
popullauit trā 7 ha ue tenet. Siq; ḡ de re-  
bitauerūt ī vrbib<sup>o</sup> ditu filioz isrl ita di-  
ei<sup>o</sup>. Cūq; essent de cū sub ciro vel s̄bar-  
q̄ nq; lōginq; regi tarxerle de duab<sup>o</sup> tri-  
onibus quinq; ido bub<sup>o</sup> intelligēdū est.

la portauerūt in sa-  
mariā q̄q; regio suū Et oēs p̄ vocati sūt cu-  
thei a q̄busdā potiorib<sup>o</sup> int<sup>o</sup> eos q̄ vnerāt d̄  
regiōe psida. q̄ dicta ē chuta a qdā flumie.  
Greci ho dixerūt eos samaritas. q̄ 7 ī euāge-  
lio samaritani dicūt. Hebrei ho vocauerūt  
eos iacobitas. q; supplātauerāt israelitas a  
finib<sup>o</sup> suis. Qui cū venissent ī trā isrl. imisit  
dñs ī eos leones. 7 interficiebāt eos 7 nūciatū  
ē regi assyrioz q̄ dirēt coloni ei<sup>o</sup>. q; ignora-  
bāt legitia dei isrl. 7 misit eis vnū d̄ sac̄doti-  
bus isrl. 7 leaē moyli isçptā lr̄is antiq̄orib<sup>o</sup>  
Et bitabat sacerdos ī betbel. 7 susceperūt cir

# Regum quarti

circisionē et legitima dei israel. nihilominus tamen deos suos in excelsis colebant. **U**n quoniam hebrei os dicunt sibi. propinquos. cum bene erat hebreis. **U**n homo male. dicebant nihil sibi esse cum israel. Migraverunt autem. x. tribus de iuda post annos nonagētos. et. xlviij. ab exitu de egypto. a divisione vero regni fluxerāt anni. cc. xl. et menses septē. et dies septē secundum iosephum. Multi autem ex israelitis confugerunt in regnum iuda. et multi abscoderunt se in abditi. et latuerunt in gētibus circumstantibus. Qui post regressum regi assyriorum redierunt ad propria. et habitaverunt cum samaritis.

De ezechia. Capitulū. XXVII.

## Anno tertio ose

regis israel regnavit ezechias in hierusalē. Viginti quoniam annorum erat cum regnare cepisset. et. xxx. annis regnavit. **Q**uoniam matris eius abisa de hierusalem. filia zacharie postumi zacharie lapidati. Qui convocavit sacerdotibus et levitis aperuit templum post annum et post mensem regni sui. et vasa dei reparavit. et restituit sacrificia intermissa. Ipse de consilio sacerdotum fecit pascha secundo mense non in tempore suo. quoniam non potuit populus primo mense convenire in hierusalem. nec sacerdotes purificati erant. tamen tanta multitudo fuit quod multi impurificati comederunt pascha. et tanta copia victimarum. quod in multum levites supplerunt officium sacerdotum. Et post pascha solenniter celebraverunt alijs septem diebus. **H**ic dissipavit excelsa et destruxit statuas. et lucos succidit. et confregit serpentem quem fecit moyses. cui usque ad illud tempus filij israel adolebant incensum et pulverem eius. Ipsius in torrente cedron et vocavit nomen eius. noestā. quod interpretatur os eorum. quod dicitur. Dicebat deus. si non erat. **S**cepit quoniam filij israel ut rediret ad cultum dei. quoniam quidam nuncios eius neglexerunt. quidam quosdam interfecerunt. **U**nde etiam postea ut predictum est meruerunt captivari. **R**ecessit quoniam a rege assyriorum ne serviret ei. Ipse percussit philisteos usque ad gatham. et omnes terminos eorum a turre custodum. usque ad civitatem munitam. id est. presidia et civitates. Anno. xiiij. regni ezechie ascendit sennacherib rex assyriorum in terram iuda. et cepit civitates eorum. et misit ad eum ezechias in lachis

dicēs. **R**ece a me. et quod imposuerit mihi. **E**t in. dixit ei rex assyriorum. ccc. talenta argenti et. xxx. auri. et iuravit quod non noceret ei. **U**n quoniam non invenisset ezechias hanc summam in thesaurum domus domini et suis. recepit lamias auri quos ipse affixerat in valvis templi. **U**n quoniam misisset regi assyriorum predictam pecuniam irritum fecit sennacherib iniurandum. et misit ad obsidendum hierusalem thartam et rapsacem. et castrametati sunt iuxta aqueductum piscine superioris. que est in via agri fullonis. et abstulerunt civibus aquam exterioris piscine. **U**n quoniam vocassent regem ad colloquium noluit exire. sed misit ad eos eliachim pontificem et sobnam scribam. et ioachim a commentariis. et loquebatur ad eos rapsaces hebraice. **E**rat enim samaritanus ut quidam voluit. **F**uerunt quoniam dicerent cum filium esaię quoniam transierat ad assyrios. et susceperat ritum gentium. et factus erat ciliarchus et ait. **H**ęc dixit rex magnus assyriorum ad te. **D**e ezechia in quoniam perfidit. ut audeas rebellare. **S**i perfidis in rege egyptio in nitris baculo barudineo. **S**i spem ponis in deo tuo. nunquid dominus gentium et deus israel liberaverunt eos de manu mea. **S**i spem ponis in populo tuo. dabo tibi duo milia equorum. nec poteris apud te invenire ascensores. **E**t rogabant nuncios rapsacem ut loqueretur eis syriace et non iudaice. audiente populo quoniam erat super murum. **T**unc exclamavit rapsaces etiam ad populum. **H**ęc dicit rex magnus assyriorum. facite mecum quod vobis utile est. ne comedatis stercorea vestra et bibatis urinam vestram. **E**gre dimini ad me et utimini bonis vestris. donec veniam ad vos. et transferam vos in terram que est similis vestre. **U**n quoniam retulissent nuncios comminationes istas ad ezechiam. scidit rex vestimenta sua. et operuit se sacco. et ingressus est domum domini. et misit predictos nuncios et senes de sacerdotibus operatos saccis ad esaiam dicentes. **H**ęc dicit ezechias. **D**ies huius dies tribulationis nostre est. et increpationis divine. **O**ra pro reliquijs israel. si forte deus audiat blasphemiam rapsacem et vindicet. **E**t respondit esaias. **H**ęc dicit dominus ezechie. **N**oli timere. **E**cce ego mitto regi assyriorum spiritum et audiet nuncium et revertetur in terram suam. et deus

*vide magna  
phemia  
nota huiusmodi  
castellam*

ciam eū gladio in terra sua. et recessit raptas a hierusalem et inuenit regem assyriorū expugnantem lobnam. Transiuit autem rex ad pugnādā egyptū vt triūphās rediret ad euertēdā hierlm. Cūq; obsedisset pelusiū. audiuit tharachā regē ethiopię cū multo exercitu venire ī auxiliū egyptioꝝ. et turbat⁹ rex dixit tharachā esse sacerdotē vulcani. et ideo nō dimicaret cū eo. et redijt ī iudeā et obsedit hierlm. Herodot⁹ tñ aliā causā tradit redit⁹ sui. Orate nāq; rege egyptioꝝ ad deū. multitudo soricū ī vna nocte cōedit chordas arcuū ī castris ei⁹. et facti sūt assyrj ī ermes. et dic̄ rapsacē cū exercitu remāsisse circa hierl̄. et sennacherib redijisse ad eū d̄ egypto. Verūtm̄ añ reditus sennacherib de egypto in iudeā h̄ facta sūt q̄ sequuntur.

De signis triū añozū que p̄dixit esaias. Capitulum. XXVIII.

## Wm egredere

tur sennacherib iudeā vt trāsiret ī egyptū misit ecechię lrās terribiles et cōminationis plenas dicēs: q̄ de⁹ israel nō posset eū liberare de manu sua. Tūc ascendit ecechias ī domū dñi. et expādēs lrās corā dño orauit dicēs: Dñe de⁹ isrl audi verba sennacherib. q̄b⁹ exprobrauit te nobis. salua nos obsecro de manu ipsi⁹. Tūc misit esaias ad ecechiā. significās ei verba hęc dñi ad sennacherib in hunc modū. Spernet te sennacherib virgo filia sion. mouebit caput post tergū tuū cuz fugerit exprobrauit sancto isrl virib⁹ tuis ascripsisti q̄ vastasti iudeā. Sex dieb⁹ antiq̄s ego plasmani illud et nunc adduxi. i. ego q̄ ab eterno disposuerā q̄ sic flagellarē peccātes. nūc impleni. ego autor fui tu minister. Nonā itaq; circulū ī narib⁹ tuis sicut fit bubalo. et chamū ī labijs tuis sicut fit equo. et reducā te in terrā tuā. Tūc addidit esaias verba sua ad ecechiā dicēs Tibi autē ecechia hoc erit signū liberationis tue. Tertio año recedet a te sennacherib nō reditur⁹. Ego at̄ p̄dico tibi qd̄ facies h̄ año et qd̄ sc̄do. vt cū viderit̄ impleta. scias veruz esse qd̄ p̄dixi de tertio. Comede hoc año qd̄

repereris. vel h̄m esaiam q̄ sponte nascūtur vt h̄m. lxx. q̄ p̄us seueras. Imminētē messione irrnerant assyrj. et vastauerāt segetes. vineas et oliueta. h̄ qd̄ int̄ vngulas eq̄ꝝ calcātū euaserūt. An̄ dicūt. lxx. Comede q̄ p̄ seueras. etiā de p̄culcatū qd̄ sp̄te germiauerūt. De q̄b⁹ dicit esaias. Comede q̄ sponte nascūt. Et iā cū p̄cessissent aduētū sennacherib p̄gregauerāt libi vñcūq; victualia. et reposuerāt in hierlm. de q̄b⁹ dicit liber regū Comede qd̄ repererit. Porro sc̄do año cōede q̄ sp̄te nascūt. vel h̄m esaiā pomis vescere qd̄ idē ē. Sc̄do enī anno dñi moraret sennacherib in egypto. qz desuerāt eis p̄dicta victualia. multiplicauit eis dñs abundantē q̄ sp̄te gignit hum⁹. Porro ī tertio anno fugato hoste securi seminate metite et comedite. Et tūc de hierlm egrediēt reliq̄. et qd̄ saluatū ē de mōte sion. et qd̄ reliquū ē de domo iuda. mittet radicē deorsū et faciet fructū sursum. Per sile arborū loq̄tur q̄ q̄sto p̄fundius figit radicē tāto copiosi⁹ et alti⁹ facit fructū. Et ē sensus. Multitudo ppli q̄ fugit de iudea añ facie hostiū. et recepit se in hierlm vt saluaret. fugato hoste redibit in terrā suam. et populabit eam. Hoc audito ecechias gaudius ē. et de p̄silio elaię et sapiētū obturauit capita fontū extra vrbē. et exitus aquarū in iudea ne redeūtes assyrj inuenirent aquarū abundantia. Tūc obturauit ecechias superiores fontes aquarū gyon et auertit eas subter ad occidentē vrbis daniel vt influerēt piscinā inferiorē. Fecit etiā añ fontē siloe q̄si stagnū ī q̄ colligerent aque. et reseruent̄ ciuib⁹ in vsū oblididōis. Et h̄m epiphaniū ad p̄ces elaię copiosi⁹ solito egressę sūt aque de fonte siloe. Hoc autē stagnū vocat̄ ī euangelio natatoria syloe. De fuga sennacherib. Ca. XXIX.

## Actū ē aut post

annum redijt sennacherib ab egypto. et cum iudeam vastasset tandem obsedit hierusalem. Sed in eadem nocte angelus dñi percussit ī castris assyrioꝝ. c. lxxxv. milia. Et timēs sennacherib fugit cuz. x. viris



# Regum quarti

ut aiunt hebrei. 7 redijt in ninive. Cumq; ado-  
ret in templo nesrach deum suum. adramelech 7 se-  
rasar filij eius percusserunt eum in gladio. 7 fugerunt  
in ararath partem armenie campestre 7 vberem ad  
radicem montis thauri. per quem fluit araxes. 7 re-  
gnavit filius eius pro eo assaradon. Indignati erant  
maiores filij in patre. quod filium maiorem natum profece-  
rat eis in regem. eo quod magister diligenter matrem illius  
quam ipsorum. In hoc autem ostensus est sennacherib ne-  
quior populo quam patris.  
dio filiorum est reservatus. Porro hieroso-  
lymite videtes strage hostium. egressi sunt  
7 spoliaverunt castra. Spolia vero mortuo-  
rum tollentes excusserunt ex eis pulverem tantum  
nam ignis diuinus latenter eorum cadaue-  
ra incinerauerat.

De regressu solis. Ca. XXX.

## Zechias autem

post inopinabile 7 incredibile trium-  
phum. licet secundum iosephum cum populo hostias deo im-  
molasset. non tamen digne gratias egit. Nam et antequam  
elatus est. 7 canticum non cantauit. sicut in huiusmodi fa-  
cere consueuerat patres. 7 propterea egrotauit vs-  
que ad mortem. 7 venit ad eum esaias 7 ait. Hec  
dicit dominus: Dispone domui tue. quia mouerit tu  
7 non viues. Contristatus est ezechias eo quod filium  
non haberet. non quod domum reliqueret desolatam si-  
ne forte frustraretur in eo. promissio facta dauid de  
christo pulsus ad parietem fleuit amare. forte ut  
secretum oraret. 7 ne astantes lachrymas eius vi-  
derent. vel forte ad parietem porticus templi erat  
in qua cubabat. 7 quia in porticum ascendere non  
poterat ad orandum. saltim ad faciem eius orauit di-  
cens: Obsecro domine memeto quando ambulauerim  
coram te in veritate. quod dixi. 7 si nunc peccavi parce  
ne peream apud te quam feci coram te. Porro an-  
tequam egredieretur esaias mediam partem atrij. dixit  
ad eum dominus: Redi. 7 dic ezechie: Hec dicit  
dominus deus dauid patris tui. Audiuimus orationem tuam.  
7 vidi lachrymam tuam. Ecce sanauimus te. die. iij.  
ascendes in templo. Diebus tuis addam. xv. annos.

de manu regis assyriorum. cuius reditum timere li-  
berabo te 7 urbem hanc. propter te 7 propter dauid ser-  
uum meum. Hic apparet. quod manasses nondum na-  
tus erat. qui pro morte patris cum regre cepisset.  
xij. annorum erat. Et ait ezechias: Quid erit si-  
gnum quod dominus sanabit me. Cui esaias: Vis ut  
ascendat umbra. x. lineis in horologio. an ut re-  
uertat totidem gradibus. Erat enim hora diei. x. 7  
umbra gnomonis descendebat per. x. lineas.  
Dedit ergo regi optionem signi. ut vellet quod sol  
staret per spatium. x. horarum immobilis vel rediret ad  
orientem. 7 iterum inchoaret diem. Quodlibet autem isto-  
rum fieret. adderet. xij. horis diei. x. horarum. Huius-  
sensui resonat hebreus dicens: Vis ut stet um-  
bra. x. lineis. an reuertat. In esaias quod de redi-  
tu solis ad orientem agitur. 7 non de ascensu um-  
brarum. Verumtamen super librum regum sic exponitur. Vis  
ut ascendat umbra. x. lineis. procedente super sole  
tra per boreales plagas versus orientem. sic quotidie  
per noctem super terra procedere solet. 7 sic completis. x.  
horis statim redeat ad locum ubi nunc est. 7 perficiet  
diem istum. Et elegit rex ut rediret sol ad orientem  
Si non staret. alicui cause naturali posset ascribi.  
vel forte quod iam alio tempore factum fuerat sicut  
sub iosue signum inau-

ditum elegit. Et statim  
sol stans in oriente re-  
versus est iterum per. x. lineas.  
per quas iam descenderat.  
Tunc fecit esaias affer-  
ri massam ficuum. 7 cata-  
plasmauerit super vul-  
nus eius. Hebreus ma-  
gis prope dicit super vlcus  
eius. Quidam suspici-  
unt fuisse apostema  
cuius sanies in cutis  
superficie provocatur  
siccioribus ficis cotu-  
lis. Porro aqua sym-  
machus et theodo-  
ciorum regum morbum fu-  
isse dicunt. cui quod dicitur  
cuius supra apposi-  
ta scriba putat. Et ita  
dei potentia monstrata

In sacra pagina vs-  
que ut progressus ab occi-  
dente ad orientem dicatur  
ascensus. progressus in or-  
ientem descensus. Ascensus  
autem iste sol dupliciter  
potest intelligi. Vel quod gra-  
dati 7 solito motu a  
puncto decime lineae. in  
quo iam erat ad orientem  
reuerteretur. 7 a puncto  
vnde pro orientem processerat  
in momento rediret  
ad punctum decime ho-  
re in quo nunc fuit. Vel  
quod in momento ad pri-  
mum punctum orientis re-  
diret inde gradatim  
ad punctum decime ho-  
re reuerteretur.

*quod dicitur in esaiis dicitur ezechia regi  
iuxta*

est cum p̄ res noxias sanitas restituta ē. Et cōualuit ezechias. 7 t̄tia die ascēdēs ī tēplū ait: Ego dixi dñe. i. dñi egrotare p̄nes me cogitavi. in dimidio diez meozū vadā ad portas iheri. i. nō dū suscepta sobole quā expectabā descēdā ad inferos. 7 dū h̄ cogitarez q̄siui a te orādo residuū ānoz meoz. vt p̄ velles me p̄rem fieri q̄s aīa mea p̄uari. Huic cātico ezechie. p̄mittūt. lxx. titulū talē. Oratio ezechie regl iude. s̄ meli⁹ ē ī esaiā. Sc̄ptura ezechie regl iude. Nā ī hoc cātico narrauit tm̄ qd̄ cogitauerat vt̄ orauerat dum egrotasset. 7 nō orauit ī eo. nisi duob⁹ verbulis tm̄. vt̄ ibi: Domine responde pro me 7 in fine. domine saluū me fac.

De morte ezechie. La. XXXI.

## In illo tempore

*i* misit merodach filius baladā rex babylonis lrās 7 munera ad ezechia. p̄t̄ ē vt̄ soci⁹ ei⁹ eēt 7 amic⁹. Nā eo tpe rex medorū 7 rex babylonioz recesserāt a monarchia assyrioz sub assarodach. ne essent sub eo. P̄cipua t̄n causa legatiōis hui⁹ credit̄ h̄ fuisse. Chaldei vigebāt ī astronomia. nec poterant inuenire hm̄ artē suā. quare dies fere in duplū protensa fuerat. 7 tandē audi erant hōc pro rege hierosolymoz factū esse 7 miserūt ad eū vt̄ scistarent̄ rei veritatem. P̄terea chaldei adorabāt solem. 7 miserūt regi munera. vt̄ honorarēt hōminē quē honorauerat deus eoz. Et letat⁹ ē ezechias ī aduentu eoz. 7 itez elat⁹ est ī animo suo. nec fuit in domo sua. nec in omni potestate sua. qd̄ non ostenderet eis. Etiam domum aromatū. quam quidam tradūt fuisse cellā aromatū in templo dñi in quā inducere gētiles nefas erat. Sc̄dm̄ epiphaniuz x̄o dom⁹ erat lōgissima. quā fecit salomon iuxta descriptionē patr̄ sui cōtra orientem syon. 7 fecit occulti aditus compositionem lōge a ciuitate. q̄ deprehendi ab vniuerso populo nequiuerat. plurib⁹ q̄ sacerdotib⁹ ignota erat. illicq̄ rex posuit aurū 7 aromata q̄ adnecta erant de ethiopia. In ea post sepulcra regum erāt sepulcra pontificū 7 postremo se-

pulcra p̄phaz. Hoc secretum dauid 7 salomonis ezechias gētib⁹ denudauit. 7 ossa paterna p̄taminauit ex p̄ntia p̄phanoz. Et ab ipso die sterilis fact⁹ ē. Porro cū abissent legati. venit esaias ad regē 7 ait: Quid dixerūt viri isti. 7 vñ venerunt ad te: Qui cū indicasset ei qd̄ quēsierāt. dixit esaias: Hec dicit dñs: Ecce dies veniēt 7 auferent̄ ī babylonē oīa q̄ in domo tua sunt. 7 q̄ absconderāt p̄res tui. S; 7 de filiis tuis erūt eunuchi in palatio regl babylonis. Hoc īpletū esse fabulant̄ hebrei in daniēle 7 socijs eius q̄ cū ioachim filio iosie capti sūt. Sed ven⁹ credit̄ eos eunuchos fuisse nō corporis sed mēte. Et respōdit ezechias. Bon⁹ ē sermo dñi. Sit pax 7 veritas in dieb⁹ meis. 7 dormiuit ezechias cū patrib⁹ suis. 7 celebrauit exequias eius vn̄uersus iuda 7 sepelierunt eū sup̄ sepulcra filioz dauid. i. eminentius sepulcrū ceterū fecerunt ei causa pietatis q̄ coluit deū. Ipse enī sic cōmēdatur in libro regū. Nō fuit simil̄ ei neq̄ ante eū neq̄ post eū de cunct̄ regibus iuda. in hoc excipitur dauid. qz nondū erat s̄b eo regnū iuda. Si q̄rit̄ de iosia. dicim⁹ qz iosias melior fuit eo s̄ iste p̄ponit̄ ei in hoc qz magnificat⁹ ē p̄claris belloz titulis. 7 qz tria inaudita fecit dominus pro eo. regressum solis. additionez annozū. stragem hostiū per angelum.

## Incidentia.

In dieb⁹ ezechie syracusa 7 cathina ī sicilia cōditē sunt. Romulus milites ex p̄plo sumpsit. q̄si ex mille vnū. Lures q̄ s̄b statio rege sabinoz romulo fauebāt quirites appellauit. c. elegit senes. quos appellauit p̄res Romulus apud paludē capree nusq̄ comparuit. 7 suadente lucio quirini nomine cōsecrat⁹ ē. post romulū senes p̄dicti singuli p̄ quinos dies rē publicā rexerūt p̄ annū fere et dimidiū. Qd̄ regnū appellatū ē inter tps̄ Tunc secundus a romulo regnauit numa p̄pilius q̄ p̄dictos senes senatores appellauit. Hic prim⁹ cōgiariū militib⁹ dedit. i. imperialē largitionē in sui promotiōe. Januariū 7 february anno addidit. fundamēta capitolij iecit. sibilla erictea claruit.

# Regum quarti

De manasse et morte esaię.

Capitulum. XXXII.

## Est ezechiam

**p** regnavit manasses filius ei<sup>9</sup> p eo  
xij. añoz erat cū regnare cępisset. 7 lv. añis  
regavit i hierl<sup>3</sup>. 7 fecit malū corā dño. Edifi-  
cavit enī excelsa q̄ dissipauerāt p̄es. 7 erex-  
it aras baal 7 lucos 7 extruxit altaria militię  
cęli in duobus atrijs tēpli. 7 posuit idolum  
luci in tēplo dñi. 7 traduxit quēdā filiū suū  
per ignē topbet. ariolos. augures. p̄hitones  
7 auruspices multiplicavit 7 errare fecit in-  
dam i vijs gētū. Cūq; arguerēt eū. p̄phete  
missi a dño. nemini eoz parcebat. s̄ plateas  
hierusalē p̄phetaz sāguine purpuravit. In  
sup alioz sanguinē innoxū fudit multū ni-  
mis. donec impleret hierusales vsq; ad eos  
Esaias q̄z auū maternū fm hebreos vl' affi-  
nem suū eiectū extra hierusalē circa piscinā  
siloe serra lignea p mediū secare fecit. Qui  
dñi i p̄ncipio sectionis angustiaret. petijt si-  
bi dari aquā vt biberet. 7 cuz nolent ei da-  
re. dñs de sublimi misit aquaz i os suū 7 ex-  
piravit. nec tñ carnifices destiterūt a sectiōe.  
Et ob hāc aquę missionē p̄firmatū ē nomē  
siloe. quod interpretat' missus. nec sepelierunt  
eū in sepulcro p̄phetarum. s̄ sub quercu ro-  
gel. iuxta trāsitū aquarū. quę fecerat ezechias  
i memoriā miraculi qđ fecerat dñs i aq̄s  
illis ad p̄ces esaię. Tradit enī epiphani<sup>9</sup> qđ  
duz sennacherib rediret ab egypto p̄misit  
exercitū ad obsidendū hierusalē. qđ castra  
metatus ē circa piscinā siloe vt aq̄s eius vte-  
rentur. Eratq; piscina quasi cōmunis. nam  
7 ciues ad eas descendere poterant 7 hostes.  
Quās aut esaias obtinuit a dño. vt cū egre-  
diebantur ciues erant ibi aquę sic prius. cū  
vero accedebant hostes siccabant aq̄ prius  
ita vt mirarētur assyrj vñ essēt aquę i vrbe  
Porro i iugē memoriāz hui<sup>9</sup> facti. Ad huc  
aquę siloe nō iugiter. s̄ in certis horis ebulli-  
unt. Cūq; in p̄pria p̄sona accessisset senna-  
cherib. facta ē strages supradicta i exercitu  
ipsius. In tātę rei memoriā p̄plus gliose p̄  
phetam sepeliuit in loco p̄dicto. vt etiā

orationibus eius post mortem indefinenter  
hui<sup>9</sup> aquę bñficio potirentur. Aliqui lib: i  
habent in hoc loco oratiōez manasse quę po-  
nitur in fine secūdi paralipomenō. ideo nō  
habet necesse hic poni. cū etiā plura exēpla-  
ria eam i hoc loco nō contineant.

De morte manasse. Ca. XXXIII.

## Misit ergo

**i** dñs aduersus manassen regem  
babylonioruz qđ depopulat<sup>9</sup> est iudā 7 ma-  
nassen dolo captū traxit in babylonē. 7 plu-  
ribus afflixit tormentis. Et intelligens ma-  
nassen hanc esse manū dñi. egit p̄nitentiam  
7 intente oravit ad dñm. 7 misertus dñs re-  
duxit eū in regnū suū. Qui cū venisset hie-  
rosolymā deleuit idola. lucos 7 aras qđ fece-  
rat. ita vt i memoriā prioruz nil superesset. Et  
restituit cultū dñi sicut pri<sup>9</sup>. 7 p̄lm idipsum  
docuit. 7 sic a p̄ori cōuersatione mutat<sup>9</sup> est  
vt nō sine grandi amiratione vitam ageret  
beatā. Duros quoq; ciuitatis 7 turrez 7 an-  
muralia multa munitiōe firmavit. Et mor-  
tu<sup>9</sup> ē manasses 7 sepult<sup>9</sup> i horto dom<sup>9</sup> suę i  
horto aq̄. 7 regnavit amon fili<sup>9</sup> ei<sup>9</sup> p eo.

## Incidentia

In dieb<sup>9</sup> manasse sibilla erophila cla-  
ruit in samo vñ 7 samia dicta ē. Partheni-  
tarētū cōdiderūt. Blarcus de choo insula  
p̄m<sup>9</sup> ferri glutinū intra se excogitavit. Ter-  
tius romanoz rex tull<sup>9</sup> hostilius. Hic p̄m<sup>9</sup>  
regū romanoz purpura 7 fascibus vsus est  
Qui post longā pacem bella reparavit. Al-  
banos. vegetes. fidenates vicit. adiecto mō-  
te celio ampliavit vrtem. Tandem cum do-  
mo sua fulmine conflagratur.

De amon et iosia.

Capitulum. XXXIII.

## De ro. xxij. an

**p** norum erat amon cum regnare cę-  
pisset. 7 duob; tñ añis regnavit i hierusalē  
Lxx. dicūt. xij. Qui fecit malū corā dño  
sicut pater su<sup>9</sup> i iuētute sua fecerat. 7 teten-  
derant ei insidias serui sui. 7 interfecerunt  
eū in domo sua. Populus aut p̄cussit eos

qui interfecerunt regem et sepelierunt eum cum patre suo et statuerunt sibi regem iosiam filium eius pro eo. Octo anno et erat iosias cum regnare cepisset et xxxi. annos regnavit in hierusalem et ambulavit per omnes vias david patris sui. Non declinavit ad dexteram neque ad sinistram. Qui in quarto regni sui anno qui erat ei. xij. etatis ut dicit iosephus pietatem et iusticiam mirabilem in se ipsis demonstrabat.

Quia populum iam revocabat ab idolatria. Et opera sua velut senior emendabat. Porro anno regni sui octavo omnem civitatem et provinciam a cultu idolorum purgavit ut nullum vestigium idolatrie superesset. Scrutabatur etiam domos ne quod latenter remaneret suspectum et in unaquaque causa iusticiam coluit tamquam artis sue medicinam. Misitque in totam provinciam ut deferrent ad reparationem templi munera pro sua voluntate unusquisque et proposuit huic operi helchiam sacerdotem magnam et amasiam qui erat supra civitatem et saphan scribam et facta est reparatio templi fideliter et indilate.

De hieremia. Cap. XXXV.

## Anno. xij. regni

iosie exorsus est prophetare hieremias filius helchie de sacerdotibus anathot in terra beniamin tertio ab urbe miliario et prophetavit usque ad eversioem urbis. xl. annis et uno anno propter illud tempus qui in egypto prophetavit in thannis. Et cum puer esset dixit ei dominus: Prophetam in gentibus dedi te. Qui cum dixisset. A. a. a. domine deus nescio loqui quia puer ego sum misit dominus manum suam et tetigit os eius et ait: Ecce dedi verba mea in ore tuo. Extunc ibi esset adolescens cepit prophetare et predicare. mae confurgens et frequens stans in porta domus domini et in atrijs templi et ostendit ei dominus signa eversiois hierusalem quam predicabat. Quarto signo signavit ei auctorem illius eversiois deum. Ostendit enim ei

quasi furem vigilantem cum vigila et dānificaret dormientes. Sic enim dominus iam vigilabat ad percipiendum populum suum. Secundo vero signo ostendit ei dominus qui misit ad helchiam ut videret per ollam succensam a facie aquilonis et ait: Ab aquilone pandet omne malum super omnes habitatores huius terre id est a caldeis qui iuxta situm hierusalem ab aquilone venerunt. Has duas visiones vidit helchias. De tertia incertum est. Verius tamen putatur quod sub alijs regibus vidit eam sicut cetera que sequuntur. In tertia enim visione ostendit ei dominus causam eversiois. Nec fuit haec visio imaginaria sed corporalis. Precepit enim dominus ut tolleretur liber suum et absconderet illud super eufraten. Et post multos dies ex mandato domini revertens invenit illud putrefactum et nulli usus aptum et ait ei dominus: Sicut adheret liber ad liberos viri sic agglutinaui michi domum israel et domum iuda. Sed quia recesserunt a me fornicando post deos alienos quasi putrefiunt trans eufratem captivati. Reliqua hieremie locis suis tractabimus.

De inveniētionē deuteronomii.

Capitulum. XXXVI.

## Quinto decimo oct

tanō anno regi iosie precepit iosias helchie ut residuum pecunie que oblata fuerat ad templi reparationem conflaret et fieret inde vasa ad misterium domini. Cumque helchias omnia diligenter scrutaret invenit librum moysi in templo. Forte aperuit arcam et invenit deuteronomium quem moyses reponi fecerat in ea et misit eum regi per manum sapham. Qui cum legisset coram rege scidit rex vestimenta sua. Audiuit enim maledictiones scriptas in transgressores legis et crebras comminationes dei. Quasi sequeretur idola eijceret eos de terra quam dederat eis sicut eiecerat amozeos a facie eorum. Et mirabatur quod adhuc esset in terra et verebatur imminere captivitates. Tunc precepit helchie et viris prudentibus ut consulerent dominum super se et super populum suum. Qui de scederunt ad oldam prophetissam uxorem selli qui habitabat in hierusalem in secunda. i. secundo habitu muri quem fecerat ezechias de quo dixit sophonias et ululat a secunda parte. s. quia per secundo muro circumdata prius capta est. Forte non inveniunt hieremias

# Regum quarti

